

stus creatoris confirmatur, qui secundum creatorem totius hominis salutē pollicebatur. Seruorum quoq; parabola, qui secundum rationem scēneratæ pecuniæ dominicæ dijudicātur: iudicem ostēdit deum, etiam ex parte seueritatis: non tantū honorātem, uerū & auferentem quod quis uideat ha- buisse. Aut si & hic creatorem finxerit austerum, tollentem quod non posu- erit, & metentem quod non seuerit: hic quoq; me ille instruit, cuius pecuniā ut scēnerem edocet. Sciebat CHRISTVS baptisma Iohannis unde esset, & cur quasi nesciens interrogabat: Sciebat non responsuros sibi pharisæ- os, & cur frustra interrogabat: An ut ex ore ipsorū iudicaret illos, uel ex cor- de: Refer ergo & hæc ad excusationē creatoris, & ad comparisonē CHRIS- TI: & considera iam, quid secuturum esset, si quid pharisæi ad interrogati- onem renunciaissent. Puta illos renunciaisse humanū Iohānis baptisma: sta- tim lapidibus elisi fuissent. Existeret aliquis Marcion aduersus Marcionem qui diceret: O deum optimum, o deum diuersum à creatoris exemplis. Sci- ens præceptis ituros homines, ipse illos in \* prærupiū imposuit. Sic enim de creatore in arboris lege tractatur. Sed de cœlis fuit baptisma Iohannis. Et quare, inquit CHRISTVS, nō credidistis ei: ergo qui credi uoluerat Iohā- ni increpaturus quod non credidissent, eius erat cuius sacramentum Iohan- nes administrabat. Certe nolentibus renunciare quid saperent, cū & ipse ui- cem opponit: & ego non dico uobis in qua uirtute hæc facio, malum malo reddidit. Reddite quæ Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Quæ erūt dei: quæ similia sint denario Cæsaris, imago scilicet & similitudo eius. Homine igitur reddi iubet creatori, in cuius imagine & similitudine & nomine & ma- teria expressus est. Quærat sibi monetam deus Marcionis. CHRISTVS de- narium hominis suo Cæsari iubet reddi, non alieno: nisi quod necesse est qui suum denariū non habet. Iusta & digna præscriptio est in omni quæ- stione, ad propositum interrogationis pertinere debere sensum responsio- nis. Cæterum aliud consulenti, aliud respondere dementis est. Quo magis absit à CHRISTO quod ne homini quidem conuenit. Sadducæi resurrecti- onis negatores, de ea habentes interrogationem proposuerāt domino, ex lege materiam mulieris, quæ septem fratribus ex ordine defunctis, secundū præceptum legale nupsisset, cuius uiri deputanda esset in resurrectiōe. Hæc fuit materia quæstionis, hæc substantia consultationis. Ad hoc respondisse CHRISTVM necesse est. Neminē timuit, ut quæstiones aut declinasse ui- deatur: aut per occasionem earum, quod aliās palam non docebat substē- disse. Respondit igitur. Huius quidem æui filios nubere. Vides quā perti- nenter ad causam. Quia de æuo uenturo quærebatur, in quo neminem nu- bere definiturus præstruxit: hic quidem nubi ubi sit & mori. Quos uero di- gnatus sit deus illius æui possessione & resurrectione à mortuis, neque nu- bere, neque nubi, quia nec morituri iam sint, cum similes angelorum fiant, dei resurrectionis filij facti. Cum igitur census responsionis nō ad aliud sit dirigendus

For. \*in præcipitiū  
Nisi prærupiū usur  
pat nouo more.

ADVER  
dirigendus.  
propositum  
quæstionem  
autem nup  
bos & ipsius  
trabantur.  
querentes.  
conatus na  
dicorum  
nam retrac  
pare textu  
is illius æui  
oportet: Qu  
ad sequenti  
fessione & r  
banur, cuius  
nuptis resp  
nibus dic  
lus æui alter  
sunt filij hui  
negauerat d  
nonis & dif  
nam con  
re dixit. C  
aduersus Sa  
eum respon  
flum Dau  
hoc ad CH  
noem CH  
gs quā fil  
æuis. At ex  
à cæto illo fi  
presentia se  
us secun  
mum que  
uid credide  
num eum n  
sic non alius  
num propri  
nunciaret. &  
qui multos